

OFFICIA PROPRIA
ADMINISTRATURÆ APOSTOLICÆ
PRO
BURGENLAND
PARS VERNA

Die 15 Martii
S. Clementis Mariæ Hofbauer
Confessoris
Duplex

V. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum. **R.** Stolum gló-
riæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo
eum * viro sapiénti, qui ædi-
ficávit domum suam supra
petram.

Oratio

Deus, qui beátum Cle-
méntem Mariám miro
fidei róbre et invictæ
constántiæ virtúte decorásti:
ejus méritis et exémpis fac
nos, quæsumus, ita fortes in
fide et caritaté fervéntes; ut
præmia consequámur æterna.
Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

In I Nocturno Lectiones Beá-
tus vir, de Comuni Conf. non
Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Clemens Maria Hofbauer
Tassovítii in Morávia na-
tus, a prima ætáte in schola

christiánæ perfectiónis erudi-
tus est; magistra potíssimum
religiosíssima matre, quæ
puérulum post patris óbitum
osténsa Christi Dómini e cru-
ce pendéntis imágine sic allo-
cúta fertur: En fili, qui hinc
in pósterum tibi futúrus est
pater; cura, ut per eam, quæ
ipsi placet, viam incédas.
Adoléscens pistóriam artem
dídicit; sed ad majóra se vo-
cári præséntiens cœpit inter
laboriósæ artis exercítium ad
stúdium incúmbere litterá-
rum. Bis Romam pedes ad lí-
mina Apostolórum peregriná-
tus est, bis étiam rerum cæ-
léstium contemplatióni libé-
rius vacatúrus in erémum se-
cæssit. Verum Deo illum ad
altióra vocánte intermíssa lit-
terárum stúdia in Vindobo-
nénsi Universitáte repétiit,
navitérque prosecútus est;
donec ex purióre fonte sa-
cras disciplínas haustúrus,
Romam tértium remigrávit.
Ibi in sancti Alfónsi familiam
singulári Dei providéntia co-
optátus est, quam ipsíus ópe-
ra in díssitas regiónes propa-
gátum iri sanctus idem Pater

Hinc rex minatur fúnera,
Hinc tortor infert vúlnera,
Manus ligántur fúnibus,
Artus cremántur ignibus.

Sed hæc Joánnes déspicit,
Nec regis iram réspicit,
Secréta non vult pándere,
Horret sigillum frángere.

Stat mutus agnus innocens,
Nil de tegendis próferens:
Stat; dumque rex nil élicit,
E ponte justum déjicit.

Præceps ab alto stérnitur,
Undis profúndis mérgitur:
Mersum sed applaudéntibus
Undæ salútant ignibus.

Stellæ natant in flúmine,
Illi paréntant lúmine,
Docétque cæli cláritas
Quæ sit Joánnis cáritas.

Da, sempitérna Trínitas,
Ut in bono sit firmitas:
Aut lacrimárum flúmina
Mergant cadéntum crímina.

Amen.

V. Sacraméntum regis abs-
côndere bonum est, allelúja.
R. Opera autem Dei reveláre
honoríficum, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Dedit mihi
Dóminus linguam mercédem
meam: et in ipsa laudábo
eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invictum beáti
Joánnis sacramentále si-
léntium nova Ecclesiám tu-
am martýrii coróna decorásti:
da; ut ejus exémplo et inter-
cessióne, ori nostro custódi-
am ponéntes, beátis, qui lin-
gua non sunt lapsi, annume-
rémur. Per Dóminum.

Et fit Gommemoratio præce-
dentis:

Ant. Hic vir despiciens
mundum et terréna, triúm-
phans, divítias cælo cóndidit
ore, manu, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus
per vias rectas, allelúja. R.
Et osténdit illi regnum Dei,
allelúja.

Oratio

Deus, qui, ad christiánam
páuperum eruditiónem et
ad juvéntam in via veritátis
firmándam, sanctum Joánnem
Baptístam Confessórem exci-
tásti, et novam per eum in
Ecclesiá familiam collegísti:
concède propítius; ut, ejus in-
tercessióne et exémplo, stú-
dio glóriæ tuæ in animárum
salúte fervéntes, ejus in cælis
corónæ participes fieri valeá-
mus. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Ubaldi
Ep. et Conf.:

Ant. Sacerdos et Póntifex,
et virtútum ópifex, pastor bo-
ne in pópulo, ora pro nobis
Dóminum, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum, allelúja. R. Sto-
lam glóriæ induit eum, alle-
lúja.

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómi-
ne, quæsumus, placátus
impénde: et, intercessióne
beáti Ubáldi Confessóris tui
atque Pontíficis, contra om-
nes diaboli nequítias dexte-
ram super nos tuæ propitia-
tiónis exténde. Per Dóminum.

Completorium de Feria.